

eos immunitate indignos esse, qui in Ecclesia, cœmeteriove deliquerint quomodolibet, etiam ex tempore, & non præmeditato consilio, Suarez d. c. 11. n. 6. in fin. Navar. sup. d. c. 25. n. 20. Delbene dubitat. 19. sect. 4. ubi probat Bobadill. n. 26. Farinac. sibi contrarius q. 28. n. 54. Peregrin. c. 6. n. 5. Clar. d. q. 30. n. 15. Layman. d. c. 3. n. 6. Paz n. 78. Gambacurt. lib. 5. c. 23. Decian. ubi proximè, column. 2. Lezan. verb. immunitas, n. 11. Barbof. de jur. univers. Ecclesiast. lib. 2. c. 3. nu. 104. Bonacin. §. 7. n. 1. versic. Amplia tertio, Anastaf. Germon. supra, lib. 3. c. 16. n. 79. Curtell. q. 11. Pellizzar. n. 12. Quæ opinio præter probabilitatem, quam habet, ut constat ex adductis per Delbene supra, est usu comprobata, ut testantur ibidem Delbene, Clar. Paz, Suar. & alii.

166 Illud omittendum non est, quod si prior opinio esset practicanda ipsi homicidæ incumbit onus probandi incontinenti, homicidium fuisse subito perpetratum, vel aliud quodlibet delictum; quoniam præsumptio est contra ipsum, quod ex proposito, & spe immunitatis deliquerit, ut observat Delbene, & Farinac. d. c. 16. n. 241. Gutierrez, Bobadill. Azor. Azeved. & alii. ubi proximè: facit l. 1. tit. 25. lib. 8. Recop.

Verf. Vicefimo-tertio.

167 Qui in Ecclesia perpetrat crimen, propter quod indignus immunitate judicatur, nedum in ipsa, quam immediatè offendit, sed nec in ulla alia turus erit; Germon. num. 80. Delbene d. dubit. 19. sect. 1. n. 25. Decian. n. 8. Sanchez consil. mor. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 16. Farinac. d. q. 28. n. 59. & d. c. 16. n. 219. Azor. ubi proximè, Clar. d. n. 15. vers. Sed quid si aliquis, Ambrosin. c. 5. n. 3. Scott. supra, Guazzin. n. 17. Bonacin. versic. Amplia primo. Tusch. n. 11. Filliuc. tract. 25. c. 6. quest. 8. n. 152. Paz n. 79. Ratio est, quoniam Ecclesia, cui privilegium concessum est, & injuria fit, unica est per totum orbem terrarum diffusa, ut Decian. Bonacin. & alii ferè omnes advertunt, & habetur in c. loquitur 18. 24. quest. 1.

Verf. Vicefimo-quarto.

168 Quoties quis in Ecclesia deliquit, si nondum punitus fuerit, poterit extrahi ab eadem pro quocunque crimine, etiam si propter illud immunitate privati non deberet. Ratio est, quoniam frustra auxilium Ecclesiæ implorat quomodolibet, qui in ipsam deliquit, Ambrosin. c. 5. n. 10. Tusch. sup. Peregrin. de immunitat. c. 6. num. 20. Sarp. d. c. 5. fol. 60. Clar. ubi proximè. Sed contrarium est verius, ac tenendum cum D. Covarruv. in presenti: scilicet quod committens delictum exceptam, quia in Ecclesia patratum, vel alias, non potest evelli ab illa pro aliis criminibus non exceptis: quod si Index competens procedat adversus reum pro delicto excepto rectè extrahat delinquentem, ac puniet pro non excepto; quia cum extractio sit licita, eum, quem extra Ecclesiam invenit, jure plectit pro quolibet excessu: Ita Decian. d. c. 28. n. 9. Delbene dubit. 19. sect. 10. n. 12. & dubit. 24. sect. 22. per tot. Guazzin. num. 16. Dian. part. 6. tractat. 1. resol. 26. vers. ult. Farina. d. quest. 28. n. 67. in fin. & de immunitat. d. c. cap. 16. n. 222. Castro Palao tom. 2. tract. 11. disputat. unic. punct. 10. n. 12. Guttier. d. q. 1. num. 18. Ioan. Vichis tract. de immunitat. Ecclesia, n. 64. Gonni numer. 9. Rationem hic reddit, quoniam verba sunt formaliter accipienda, & sic pro ipso delicto in Ecclesia commisso extrahi posse non pro aliis: & hæc vera sunt, tam de delincente in Ecclesia, quam aliàs delictum exceptum admittente; de quo Delbene d. c. 22.

Verf. Vicefimo-quinto.

Delictum leve in Ecclesia commissum non privavit immunitate delinquentem, quod planè deducitur ex d. c. fin. de immunitat. Eccles. nec non ex Bulla Gregoriana, ubi excipitur homicida, vel membrorum mutilator, quæ licet exprimantur in exemplum, & non taxativè, ut volunt laudari supra, n. 161. tamen ut alia delicta censeantur excepta, debent esse graviora, aut saltem expressis similia, secundum notata per DD. in cap. qui ad agendum 4. §. 11. de procurator, in 6. & per me lib. 1. c. 6. n. 21. quapropter mutilatione levius crimen in Ecclesia admissum non efficit, ut delinquens extrahi possit, ut observat Bobadill. n. 33. ultra quem ita docuere Dec. d. num. 9. in fin. Chartar. criminal. dec. 74. n. 6. Dian. part. 6. tract. 1. resol. 7. versic. Neque obstant rationes, Farin. d. q. 28. num. 63. Villalob. in summa. tom. 2. tract. 39. discuti. 5. n. 6. Guazz. d. c. 38. n. 12. in fin. Suar. ubi supra. Paz n. 81. Peregr. cap. 6. n. 29. Cur. Philipp. n. 20. Fagundez supra part. 2. lib. 4. c. 4. n. 48. Gonni fallent. 3. in fin. fol. 97. Sanch. consilior. moral. d. c. 1. dub. 8. n. 15. Delbene dub. 19. sect. 1. n. 17. 18. Quæ sint gravia, vel levia crimina, Judicis arbitrio relinquuntur, Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 266. num. 2.

Hinc dubitatur, an immunitate privetur, qui ab aliis que alicujus membri mutilatione vulnerat in Ecclesia cum abundantis sanguinis effusione, ex quo mors non sequatur: Affirmat Tusch. l. 2. c. 59. Mar. Italia lib. 1. c. 5. §. 3. n. 18. Oppositum tenent Bonac. d. §. 7. n. 7. Dian. part. 6. tract. 1. resol. 7. versic. Unde ex his sequitur, Farinac. d. c. 16. n. 227. 249. Castr. Palao d. disp. unic. punct. 6. num. 10. Chartar. supra, Delbene d. dub. 19. sect. 2. à princip. Boer. decis. 109. num. 3. & alii, quæ opinio comprobata est per Sacram Congregationem Episcoporum, die 16. Novemb. 1618. quæ declaravit, cum immunitate gaudere, qui in Ecclesia alterum in facie vulneravit, ut testatur Barbof. de jur. univers. Eccles. lib. 2. c. 3. n. 134. & planè procedit secundum eos, quibus placet, solum propter homicidium, mutilationem in Ecclesia delinquentem carere immunitate, qui recensentur sup. num. 162. At qui contra opinantur relati sup. n. 161. 162. in fin. cum omnia gravia delicta in loco sacro commissa, excepta sentiantur, consequenter de vulnerè æstimabunt si Judicis arbitrio grave delictum judicetur ex circumstantiis, veluti ex animo percipientis, si occidere voluerit; ex persona vulnerati ac ex vulne: is qualitate.

Verf. Vicefimo-sexto.

Qui ex proposito juxta Ecclesiam delinquit, 171 spe ad ipsam confugiendi, immunitate minime defenditur, Sanchez d. c. 1. dub. 8. n. 20. Farinac. q. 28. n. 57. & d. c. 16. num. 210. Marth. de jurisdict. part. 2. c. 51. n. 2. Menoch. de præsumpt. 10. n. 12. Gambacurt. lib. 5. c. 19. Villadieg. sup. n. 206. Ambrosin. c. 5. n. 4. Barbof. sup. n. 109. Gonni fallent. 25. fol. 103. Curtell. lib. 1. q. 2. Tusch. supra, concl. 11. n. 4. in fin. Azeved. in d. l. 3. n. 26. Guttier. d. q. 1. n. 15. Guazz. c. 38. n. 19. in fin. Bobadill. n. 7. Paz n. 94. cum seqq. Greg. Lop. in l. 4. gl. 5. tit. 1. part. 1. Cur. Philipp. n. 21. Quæ sententia magis communiter est recepta, & approbata per Clementem Octavum in una Panormitana, apud Farinac. d. q. 28. n. 5. Barbof. d. c. 3. n. 109. qua declaravit, delinquentem immunitate privandum, qui sub spe ejus deliquit.

Sed utrùm qui propè Ecclesiam delictum perpetravit, præsumatur in dubio spe ad ipsam confugiendi

giendi deliquisse: Negat Guaz. sup. versic. Et regula est, Vulpell. concl. 130. n. 18. Baiard. ad Clarum d. q. 30. n. 21. Affirmat Farin. d. c. 16. n. 214. ubi alii; Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 33. n. 3. Guttier. n. 10. Paz num. 94. Menoch. sup. n. 15. Quod saltem verum est, quando crimen ex proposito fuit commissum in loco Ecclesiæ vicino, ut observant Menoch. n. 16. Guazz. ibid. Cur. Philip. supra, Baiard. num. 10. Hentiq. Boic. in c. Ecclesiæ, de immunitat. Eccles. Dec. d. 28. num. 15. Bobad. num. 31. ubi alii. Quando autem censeatur homicidium deliberato animo commissum? vel arbitrio Judicis pendet, ac ex variis conjecturis dignoscitur, quæ recen'tur Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 301. per tot. Illud compertum est, ut notat Guttier. ex aliis, quod homicidæ incumbit probare, se non animo gaudendi immunitate juxta Ecclesiam deliquisse, quoniam contra se præsumptionem habet; si ficit autem, si probetur, reus orta ex tempore rixa occidit, ut immunitate teneatur, quoniam sic eliditur præsumptio, quod spe immunitatis obtinenda deliquerit. Menoch. d. præf. 10. num. 11.

Non desunt tamen; imò sunt plures, qui contra præmissam communem sententiam asseverant, delinquentem prope Ecclesiam, adhuc ex proposito, & spe confugiendi ad illam, non esse immunitate destitutum: moventur, quia tam in c. fin. de immunitat. Ecclesiæ, quam in Bulla Gregoriana, dumtaxat excipitur, qui in Ecclesia, vel cœmeterio deliquerit; atque ita non intelligitur exceptus prope Ecclesiam quomodolibet crimina non exceptam perpetrans; nec extensio in præjudicium Ecclesiæ de loco ad locum admitti debet; argum. c. odia, de reg. jur. in 6. Ita Delbene d. dub. 19. sect. 4. ubi late, Dec. d. c. 28. n. 5. qui in fin. limitat si iustiosè quis ut occidat, ducat hominem ad locum Ecclesiæ proximum Navar. d. c. 25. n. 22. Layman. lib. 5. tr. 9. c. 3. n. 7. Fagundez de præcept. Eccles. tract. 2. lib. 4. c. 8. n. 45. Peregr. de immunit. c. 6. n. 60. Dian. part. 1. tr. 1. resol. 3. Ricc. part. 3. decis. 250. per tot. Navar. supra, num. 6. Filliuc. tract. 15. c. 6. n. 132. Mar. Italia lib. 1. c. 4. §. 7. num. 16. Sperell. decis. 60. & 61. Clarin. in contr. forens. c. 10. n. 95. Marant. in contr. jur. part. 2. respons. 45. num. 10. cum seqq. Trullench. in Decalog. tom. 1. cap. 11. dub. 3. num. 13. Suar. d. 2. n. 9. Bonac. sup. n. 12. Pellizzar. n. 15.

174 Quod eadem ratione per aliquos ampliatur ad delinquentes in porticu, ostio, sacristia, campanili, scalis, atriis, vel tecto Ecclesiæ, nam etsi hæc loca veniant appellatione Ecclesiæ, ut ad ea confugientes immunitate gaudeant, sicut dictum est supra, aliter in re, de qua agimus, dicendum est. Discriminis ratio patet quoniam ibi agitur de favore Ecclesiæ: immunitatis, hic verò de odio, & pœna; quare in uno casu significatio verbi ampliatur, quæ in altero restringitur juxta d. regulam jur. cap. odia. Sic Delbene d. sect. 6. n. 1. Sperell. decis. 60. & 63. Marant. sup. respons. 36. per tot. Ant. de Morinis variar. resol. cap. 170. n. 12. Barbof. d. c. 3. d. n. 64. Dian. part. 6. tr. 1. res. 7. vers. Oritur etiam, cum seqq. ubi ampliatur quod idem sit de delincente in palatio Episcopi, Monasterii Religiosorum, & aliis locis, quæ, quoad immunitatem, Ecclesiæ appellatione continentur. Ad quod facit, quia statutum puniens vulnerantem in Ecclesia, non comprehendit prope ipsam percipientem, Gonni d. fallent. 25. in fin. Mar. Mantua conf. 211. in fin. Ioan. Andr. in addit. ad Speculator. tit. de immunit. Eccles. in fin.

175 Quoad præcipuum questionem, licet jure defendi possit, & admodum probabilis sit sententia posterior: tamen prior tenenda est, ut potè quæ usu Pontificis declaratione, ac frequentiori Interpre-

tum consensu roboratur. Quoad ampliationem verò, supposito, quod deliquerit aliquis in scalis, vel alio si vult loco spe gaudendi immunitate, consequenter juxta magis communem opinionem, quam mox probavimus, dicendum erit, reum extrahi posse, cum prope Ecclesiam facinus perpetravit. At quando abque illa spe in prædictis locis delinquitur, similiter respondendum existimo, admissi opinione, de qua sup. n. 165. Ratio est, quoniam omnia loca, quæ in honorem Ecclesiæ immunitate gaudent, comprehensa censentur in d. c. fin. & in Bulla Gregoriana, eo quod cœmeterium excipitur, quod licet extra Ecclesiam sit, nihilominus in eo delinquentes immunitate privantur, quia ad illud confugiens, securitatem consequuntur. Igitur idem sentendum est de atriis, porticu, vel ostio Ecclesiæ; cum nulla differentie ratio possit considerari. Neque necesse fuit, omnia loca, quæ immunitatis privilegio pollient, in eis constitutionibus exprimeri; satis enim est, unum extra Ecclesiam cœmeterium scilicet, exempli gratia commemorare: qui intellectus non est extensio legis odiosæ contra Ecclesiæ immunitatem, sed comprehensio ex identitate omnimoda rationis, quæ in quacunque materia etiam strictissima debet admitti, suadente Legislatoris intentione, ut probavimus sup. hoc lib. cap. 5. n. 43. maxime cum hic versetur favor Ecclesiæ, cui injuria delinquendo in locis Templo proximis, quæ etiam Religiosa censentur, l. qua Religiosis 44. ff. de rei vindic.

Hic etiam quæri potest de extrahente aliquem per vim ab Ecclesia, cumque extra illam interficiente: & hunc immunitate gaudere sentiat Dian. sup. versic. Hic tamen non obstantibus, Bonacin. supra, num. 4. Castr. Palao. d. disp. unic. punct. 9. n. 18. Delbene dubitat. 19. sect. 9. ubi de extrahente per dolum, Fundamentum est, quia iste in Ecclesia non occidit, qui casus exceptus est, non quando evellitur ab Ecclesia, ut occidatur extra, & extensio admitti non potest. Meritò tamen contrarium receptus est, quoniam hic extrahens delictum in Ecclesia perpetrat violentiæ, vel doli, propter quod immunitate privandus, Sanch. d. c. 1. dub. 8. n. 21. Gonni sup. fallent. 9. Imò homicidium ipsum videtur in Ecclesia patratum, cum ibi inceprum fuerit, ut observat Gonni, ex quibus sic docent Farinac. d. c. 16. n. 219. Barbof. sup. n. 114. Azor. d. c. 9. q. 14. Scottia in Bulla Pontific. episc. 152. theorem. 382. Peregrin. c. 6. n. 16. Cur. Philip. part. 3. §. 12. n. 24. Navar. n. 12. Paz n. 101. Sanchez supra, qui fatetur propter extractionem violentam non gaudere immunitate, quia in Ecclesia commissum est delictum: tunc propter homicidium, atque ita in re nobis consentit, cum evulsus propter violentiam possit ut homicida plecti, ex dictis numero 168.

Ibi: Hinc scribit eleganter.

Committens peccatum reservatum quod aliàs 177 non esset perpetraturus, spe consequendi absolutionem virtute lubilæi, vel Apostolicarum litterarum, absolvi ex eis non potest. Ita cum D. Covarr. tenent Menoch. d. præsumpt. 10. n. 6. 7. Bobadill. n. 28. Corduba in tract. de Indulg. q. 34. præf. 3. Germon. d. c. 6. n. 82. Paz n. 95. & alii. A quibus recedunt Delbene sup. sect. 6. n. 3. Bonacin. n. 12.

Verf. Vicefimo-septimo.

Si quis ex loco profano sagitta, jaculo, vel pila 178 tormentaria existentem in Ecclesia occidat, aut mutilet,

mutiles, immunitate privatur, sic cum Dom. Covarruv. afferunt Gonni fallent. 6. fol. 98. Suarez d. c. 11. n. 7. Navar. ubi proxime, Sanchez supra, Farinac. d. q. 28. num. 61. & de Immunitat. c. 16. n. 224. Bonacin. n. 2. Mar. Italia lib. 1. c. 5. §. 3. n. 47. Delbene sect. 7. Decian. num. 6. in fin. Ambrosin. c. 5. n. 9. Bobadill. n. 30. Layman. d. c. 3. n. 6. Ricc. part. 5. collectan. 1792. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 9. in fin. Paz num. 99. Scortia theoremat. 385. Guazzin. n. 21. Peregrin. c. 13. n. 16. Cur. Philipp. n. 24. Portel. d. verb. Ecclesia immunitas, n. 15. Quidquid fertiant Henriquez i. summ. lib. 4. c. 17. n. 4 in fin. Villagur. de exten. leg. c. fin. num. 50. & alii apud Farinac. Quod limitat, seu declarat Delbene num. 3. ut non procedat, cum quis moritur in Ecclesia ex vulnere extra accepto, quoniam homicida non fuit causa mortis in Ecclesia, ut in casu proposito, Bonacin. numero 5. Pellizzar. numero 14.

179 E contra si quis existens in Ecclesia eodem modo perimat, qui extra illam est, immunitate non defenditur, Suarez, Decian. Navar. Mar. Italia, Farinac. Portell. Sanchez ubi proxime, Azor. d. lib. 9. c. 9. q. 14. Gonni fallent. 4. Gutierrez dict. lib. 3. quest. 1. n. 19. Marth. de iurisdic. part. 2. cap. 51. nu. 26. Duard. in Bull. c. canon. 15. quest. 16. num. 23. Gambacurt. lib. 5. cap. 24. num. 21. Villadieg. in polit. cap. 3. num. 206. Sarp. de iur. Asylor. cap. 4. fol. 44. Curtell. lib. 1. quest. 9. Pellizzar. supra. num. 13. & alii nuper allegati. Quae sententia tenenda est, quoniam in alium sagittam, vel quid simile ad occidendum immittens in Ecclesia, grave facinus admittit, adhuc effectu non considerato, ut constat ex l. 14. tit. 23. lib. 8. Recopilat. ubi cavetur, ut, etiam nullo damno dato, poena capitis teneatur, qui pilam tormentariam, sagittam, vel quid simile in aliquem iniecerit: quapropter immunitate dignus non est si in Ecclesia delinquens, cum crimen grave sit, & arox, juxta doctrinam, de qua supra, num. 161. cum seqq. Sed si attendatur homicidium subsequutum, etiam secundum oppositam opinionem traditam n. 161. idem dici debet; nam actus occidendi habuit initium in Ecclesia per immisionem sagittae, & unica actio totum illud ad homicidium tendens reputatur, verereque potest dici homicidam in loco, quo pilam misit, enecasse.

180 Quibus non obstantibus, reum esse tuendum, iustinent Delbene sect. 5. Ricc. dict. collectan. 1792. Novar. sup. num. 51. Dian. ubi proxime, Peregrin. sup. Bonacin. numero 3. apud quos fundamenta repertiuntur, maxime apud Delbene.

181 Quod si quis mandet, quemquam in Ecclesia occidi, vel mutilari, aliudve grave crimine admitti, effectu sequuto, immunitate non gaudebit, etsi extra Ecclesiam dederit mandatum; Suarez sup. n. 7. Farinac. d. cap. 16. num. 230. Sanch. Marth. supra. Curtell. quest. 10. Mar. Italia num. 48. cum seqq. Peregrin. cap. 6. num. 36. Barbof. d. cap. 3. num. 116. Sarp. ubi proxime, Gambacurt. cap. 25. Duard. supra, Paz num. 100. Gonni fallent. 7. ubi ampliat ad mandantem, ut ex loco profano sagitta, vel arcubutio existens in Ecclesia per aliquem occidatur; Decian. num. 7. & ita verum est, quod limitant Paz, Sanchez, & Navar. d. n. 2. quoad delictum mandati, non quoad homicidium, cui causam praestitit.

182 Sed adversus nuper laudatos praefatum mandantem ab Ecclesia defendendum tenent Delbene sect. 8. Palao d. disput. unic. punct. 4. ex n. 17. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 10. Bonacin. dict. §. 7. n. 10.

183 Similiter non gaudet immunitate, qui in Ecclesia mandat, ut aliquis extra Ecclesiam perimatur, aut mutiletur, aliudve facinus perpetretur, secundum Sanchez, Suarez, Azor, Barbof, Layman, Sarp.

ubi proxime, Navar. dict. num. 21. Paz num. 98. Gutierrez dict. lib. 3. quest. 2. per tot. Guazzin. dict. de fesson. 1. cap. 38. n. 22. Gonni fallent. 5. qui Paz, Navar. Sanch. sentunt hoc procedere quoad delictum mandati quod in Ecclesia verè fuit parratum; secus quoad homicidium, quod jure potest defendi. Vide Guazzin. cap. 37. n. 59.

Alii verò nempè Delbene, Diana, Bonac. ubi pro. Dec. n. 7. n. 230. Ambrosin. n. 6. & nonnulli, quos refert Delbene num. 4. opinantur, illum non esse immunitate destituendum; & quidem ita verum est, si concederetur, solam mutilationem, vel homicidium in Ecclesia factum immunitate delinquentem privare; sed cum hoc certum non sit, prior opinio amplectenda est, cum grave delictum in loco sacro committatur.

Etiam ab Ecclesia evellendus erit, qui cum propter crimen existens sub ipsius tutela. exit ad aliud scelus committendum, Joan. Sanchez secler. disp. 44. num. 51. Cur. Philipp. n. 22. Thom. Sanch. d. ubi. 8. num. 18. Sed contrarium placet Dian. part. 1. tractat. 1. resolut. 39. Bobadill. num. 29. Azeved. in lib. 3. n. 28. tit. 2. lib. 1. Recopilat. Gutierrez d. lib. 3. q. 1. n. 34. ubi limitat n. 35.

Verf. Tricesimo octavo.

Questionis hujus indagatio apud nos supervacanea est, nam, ut diximus, fures simplices etiam ab Ecclesia extrahuntur de consuetudine, sed stando in terminis juris communis, est omnino tenendum cum D. Covarruv. quod fur gaudeat immunitate quoad personam, quamquam cum re furtiva ad Ecclesiam confugiat, ipsa tamen res abducta, ac domino tradi potest; alioqui Ecclesia foveret delictum; quod est de novo non fiat, continuatur, dum alienum domino invito; Suarez d. cap. 11. num. 8. ubi limitat, si fur veller rem in Ecclesia occultare; quia ob delictum hoc occultationis in loco sacro immunitate non juvabitur, Delbene dub. 24. sect. 8. num. 5. ubi de furante rem sacram, eamque secum ad Ecclesiam deferente, & alios refert Guazzin. supra, cap. 37. num. 58. Decian. d. cap. 28. num. 4. Paz n. 93. Farinac. d. c. 16. num. 28. Tusch. lit. E. conclus. 11. n. 16. 17. Bonacin. d. punct. 16. §. 5. num. 7. versic. Amplia secundò. Thom. Sanchez supra, num. 14. Gutierrez practicar. lib. 1. quest. 1. num. 21. Anton. à Gamma decis. 171. num. 1. Azeved. in d. lib. 3. num. 3. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 9. versic. Verum pro coronide, qui ait, novam contractionem rei furtivae in Ecclesia factam, etsi novum & distinctum crimine censetur, lene esse, quapropter immunitate reus privari nequit, illud omittendum non est, quod notat Delbene num. 9. 10. nempè furem, re ablata, esse per Judicem Ecclesiasticum in Ecclesia spoliandum, aut de ejus licentia per secularem, ubi refert Sperel. decis. 3. 4. Vide infra, num. 104.

Furtum verò in Ecclesia commissum privat delinquentem immunitate, Gonni fallent. 3. num. 5. Decian. ubi proxime, Suarez d. num. 8. Gregor. Lopez in lib. 4. glos. 5. tit. 11. part. 1. Bobadill. num. 23. Joan. Vilhis in tract. de Immunit. num. 32. Paz numero 88. Navar. in cap. postulat. defor. comper. Gutierrez d. lib. 3. quest. 1. num. 17. Quod à fortiori procedit, si res factas quis furetur, quia sacrilegium committit, nec non alias res etiam non sacras Ecclesiae in ipsa surripit, Decian. tom. 2. lib. 6. cap. 50. à num. 16. Sacrilegus autem frustra defendi ab Ecclesia desiderat, Gregor. Lop. sup. Decian. cap. 26. num. 7. Gutierrez, num. 33. Curtell. lib. 1. quest. 2. & quest.

quest. 17. num. 12. Tusch. lit. E. conclus. 11. num. 19. Sarp. supra dict. cap. 5. fol. 43. Boer. decis. 109. num. 3. Farinac. dict. quest. 28. num. 47. Germon. d. cap. 16. num. 72. Bobadill. num. 48. Gonni fallent. 34. Clar. d. quest. 30. num. 9. circa fin. Paz num. 103. Navar. in manual. cap. 28. num. 19. Qui duo rectè advertunt, hoc verum esse de committente in Ecclesia sacrilegium quod extra illam multipliciter potest parari, ut latè explicat Decian. d. c. 30. Utrum sacrilegus, sit, qui rem privati in Ecclesia furatur? vide apud Dian. part. 1. tract. 7. resolut. 27. ubi negativè resolut, nisi res esset sub custodia Ecclesiae, veluti ad Felicitatem commodata.

188 Sed contrarium in utroque casu, pluribus laudatis, probat Delbene dub. 24. sect. 8. num. 4. cum seqq. ubi Barbof. in collectan. Bullar. verb. immunitas, testatur, sic Sacram Congregat. immunitatis declarasse de furante in Ecclesia 18. Martii 1632. quod etiam refert Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 9. vers. Sed affirmativam, cum seqq. ubi etiam Authores recenset, & de sacrilegio, resolut. 26. vers. Sextò quæro, quibus accedit Guazzin. in d. c. 38. n. 10. 11. Sed questio hæc pendet ab ea, de qua supra à num. 16. & sustinendo sententiam quæ habet omnia delicta in Ecclesia commissa reddere reum immunitate indignum, etiam post Bullam Gregorianam; dicendum est consequenter, nedum sacrilegium, seu etiam furtum in Ecclesia parrantes ab ipsa extrahendos, maxime ubi talis fuerit consuetudo; nam furtum, nisi parvitas rei ablata excuset, grave crimen est; ut fusè probat Gutierrez de delict. quest. 154. per totam, Clar. in §. Furtum, & nos aibi diximus.

Ibi: Nam licet regulariter delinquens sit ad locum delicti.

189 Reum ad locum, in quo deliquit, remittendum, ex pluribus probat Carleval. de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 2. n. 801. ubi latissime per num. sequent. materiam explicat; Clar. in §. fin. quest. 38. Dec. supra, tom. 1. lib. 4. cap. 19. à princip. D. Covar. pract. cap. 11. Farinac. in prax. q. 7. Guaz. de defensi. reor. defensi. cap. 17. Tondut. de præsent. judicial. p. 2. cap. 11. Bobadill. in polit. tom. 1. lib. 2. c. 13. d. num. 69. Quid si delictum fiat in confinio diversorum territoriorum; Vide Tondut. cap. 31. per tot.

Ibi: Si tamen quis Tolerit.

190 Est controversia satis agitata, utrum scilicet fur adportans rem, quam in uno abtulit territorio in aliud, possit ibi puniri? de qua Clar. num. 16. Guazzin. latè cap. 15. Carleval. sect. 1. num. 720. ubi multi: & retere opinione affirmativa; altera questio subsequitur, de qua in præsentis; An fur remittendus sit, si per Judicem loci delicti petatur? At contra Barbof. ex rationibus, quas D. Covar. perpendit dict. cap. 11. num. 9. cum eo dicendum est, furem, quamvis rem contrectet alibi, mittendum esse ad Judicem loci, ubi furtum admisit, si postuletur. Idem tenet Didac. Perez in l. 2. glos. 1. pag. 339. column. 1. vers. Quæri etiam potest, tit. 18. lib. 8. Ordinament. Carleval. sect. 1. n. 726. videndus per numer. sequent. Bobadill. num. 73. Decian. dict. lib. 4. capit. 17. num. 15. Bos. in prax. tit. de furt. num. 18. & alii apud Bobadill. ubi proxime lit. B. etsi aliter decisum refertur aliqui quos laudat Carleval. num. 226.

Ad Num. 16.

191 Sciendum est quod Clericus quoad Judices se-

culares immunitate gaudet, quando scilicet propter defectum alicujus equisiti, ex iis quæ desiderantur per Trident. sess. 23. cap. 6. fori privilegio non defenditur, unde si quis in minoribus beneficiarius non sit; nec alicui Ecclesiae deseruiat habitum Clericalem deferens, & ad Ecclesiam confugit, extrahi à seculari potestate nequit, nisi pro criminibus exceptis, Delbene dub. 10. sect. 11. Navar. dict. cap. 25. num. 22. Suarez cap. 10. num. 7. Genues. in prax. cap. 22. num. 11. Filliuc. tract. 15. cap. 6. quest. 8. num. 11. Farinac. in prax. quest. 28. num. 7. & de Immunitat. cap. 2. à num. 34. Gambacurt. lib. 4. cap. 11. Germon. de sacr. immunit. lib. 3. cap. 16. à n. 90. Mar. Italia lib. 1. c. 3. §. 1. Verum nec à Judice Ecclesiastico erit evellendus, Delbene sect. 12. cum ad ejus forum non pertineat, sed ut laicus habeatur.

De Clericis verò aliis, qui seculari potestati subiecti non sunt questio est, num per Judices Ecclesiasticos extrahi ab Ecclesia propter delicta non excepta possint? Affirmant Delbene fusè probans sect. 12. à princip. Navar. ubi proxime, Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 11. Gonni fallent. 21. in fin. ubi de praxi testatur, Suar. n. 67. Genues. supra, Azor. part. 2. lib. 9. cap. 9. quest. 9. Clar. dict. quest. 30. n. 16. Portell. supra, verb. immunitas Ecclesiae, num. 13. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. 3. §. 15. Filliuc. sup. Curtell. lib. 1. quest. 22. Ricc. part. 3. decis. 172. Fegund. sup. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. num. 52. Paz d. §. 3. n. 141. Rodrig. quest. Regular. tom. 2. q. 50. artic. 4. Villadieg. dict. cap. 3. num. 211. Megal. in 3. part. lib. 4. cap. 2. n. 34. Gregor. Lop. in l. 4. glos. 1. tit. 11. part. 1. Peregrin. sup. c. 12. num. 3. Cur. Philip. num. 17. Sanchez dict. dub. 8. num. 6. vers. Secunda sententia. Gutierrez practicar. lib. 3. quest. 3. n. 3. Bonacin. §. 5. num. 5. versic. Secunda sententia, Azeved. in l. 3. num. 17. tit. 2. lib. 1. Recopilat. quod utique in omnibus personis Ecclesiasticis procedit, & potius de consuetudine, quam de jure verum esse plures ex præallegatis agnoscent.

Sed contrariam sententiam, quod scilicet personæ Ecclesiasticæ immunitate Ecclesiae propter delicta quoad suos Judices potiantur, tenent cum D. Covarr. Decian. tom. 2. lib. 6. cap. 36. num. 1. ubi disputat Tusch. lit. E. conclus. 9. num. 17. & conclus. 11. n. 27. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 24. Zerol. in prax. Episcop. copal. part. 1. §. Immunitas Ecclesiae, vers. 8. Guazzin. d. defensi. cap. 37. num. 48. Gambacurt. de immunit. lib. 4. cap. 11. num. 8. Monticell. in prax. crimin. regul. 12. num. 18. Barbof. de iur. univers. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. à num. 135. Duard. supra, lib. 2. canon. 15. q. 16. num. 13. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quest. 13. ex num. 112. Farinac. dict. q. 28. num. 7. & de Immunitat. cap. 2. num. 34. Lezan. in summ. verb. Immunitas, numer. 6. Ambrosin. de immunitat. cap. 12. num. 3. Salgad. de protect. Reg. tom. 2. part. 2. cap. 4. num. 115. Mar. Italia de Immunitat. lib. 1. cap. 3. §. 1. Cened. in canonic. question. quest. 42. per tot. Bobadill. d. cap. 14. num. 58. & ita de jure tenendum est, nisi aliud fuerit usu receptum; nam consuetudini standum est, ut observant Decian. Farin. Ital. & alii, ac juxta hanc sententiam decidisse Sacram Congregationem Concil. Tridentin. & Episcopos. asserit Dian. part. 3. tractat. 1. resolut. 35. & Barbof. supra, Delbene post d. sect. 12. ubi de difficultatum solutione, n. 14.

Ibi: Qua in re ipse considerandum esse censo.

Comperum est, Clericos per Ecclesiasticos Judices extrahi ab Ecclesia posse in casibus exceptis, ut supponunt omnes, dum de criminibus non exceptis loquuntur, ut Decian. Gutierrez, & alii. Ex quo